



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

IX. De Confirmatione Electionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE CONFIRMATIONE ELECTIIONIS. TITVLVS IX.

9. Nunc videndum est de confirmatione. Sciendum est itaq; in primis, Gregoriana constitutione a Lugdunensi Concilio cautum fuisse, ut electores, quam primum commode possint, operam dent, ut electi consensum habeant: quem si infra menscm, sine causa legitibus cognita, electus accommodare distulerit, iure, si quod ei fuerat ex tali electione quaesitum, statim carere debere. Electoresque ad aliam electionem liberè posse conuolare.

Electus post consensum electionis praestitum, vel notitiam habitam, debet intra menscm ad sedem Apostolicam iter arripere, & quanto citius poterit, confirmationem obtinere.

Adem constitutione b. cauetur, electum infra tres menses post consensum electionis praestitum, si nullum iustum impedimentum obstat, confirmationem à superiore Praesule petere debere: alioqui trimestri spatio electio electionem esse penitus irritandam. Sed cum interdum eveniat, ut aliquorum locorum vicinitas minus exigat, a legationum distantia prolixius tempus exoptat, consultius Nicolaus tertius sanxit. Ut electi, quorum electionum confirmationes ad sedem Apostolicam examini deducit, immediatas subiectio, vel appellatio interiecta devolvit, infra menscm post consensum, vel habitum de ipsorum electione notitiam, ad sedem ipsam Apostolicam iter arripant, & quanto citius commode poterunt, cum omnibus iuribus eorum sede Apostolica personaliter comparere. Quorum, si iuram electionum confirmationes petiuri: aliquid in super adiecit, quibus Ecclesiarum periculosis variationibus ac malignantiis subterfugis, electorumq; incommodis facile occurrit: quz non solum in electionibus, verum etiam in postulationibus obtinere volunt.

Non confirmatus non potest res Ecclesia administrare. h. d. Quidam autem quis confirmatus non est, rerum ecclesiasticarum ad ministratur electionem potest si negotiis administrare, quod ei per electionem quaesitum fuerit, statim privandus erit: nullo neque Occasionatis, neq; promotionis praesertim essendum.

Electus non est prohibendus, nisi literis confirmationis oppositi. h. d. Electus igitur is qui confirmatus est, ab Apostolica sede literas, confirmationis suae tenorem continentes, illi: ostendit, ad quos res pertinet: alioqui nulli eum oblique dictarum literarum ostensione recipere tenebuntur. Quod & in promotione apud dictam sedem facta, de consecrationis, vel benedictionis munere, locum sibi vendicat.

Confirmatio non conceditur, nisi cum causa cognitione. h. d. Quamvis autem ad quem confirmatio pertinet, diligenter examinare debet, & electionis processum, & personam electi: est enim hoc generale, ut ad eum pertineat examinatio, ad quem manus impositio spectat. Et cum omnia rite concurrant, tunc manus ei confirmationis impendat. Quod si fecus factum fuerit, non solum deiciendus erit, sed etiam indignè promovens puniendus. Nihil est enim quod Ecclesia Dei magis officiat, quam si indigni ad regimen assumantur animarum. Quod cum in cunctis sacris ordinibus sibi locum vendicat, in Episcopopos tamen multo fortius: qui ad curam aliorum, postquam in se ipso debet ostendere, quomodo ceteros in officio Dei oportet conversari. Quod si forte eligentium vota in duas se diverfint partes, is confirmatoris judicio alteri preferendus erit, qui majoribus juvatur studiis & meritis.

Si unus sit postulator, alius electus, praepositor electus a quo debent, nisi postulationum sit duplo major numerus. Quae tamem si opposuerit indignum postulatorum, nec electio valet: sed si scientes, electio tenet. hoc dicit.

Et a si vacante Ecclesia, scisso in duas partes capitulo, alius quidem electus fuerit, alius vero postulator, quz potest, electione confirmanda, an vero postulatio sit admittenda? In qua specie si tam postulator, quam electus sint idonei, responsum est, Si postulantium numerus sit eligentium duplo major, utiq; postulationem esse admittendam: sin id minus, electionem confirmandam. Sed si postulantes indignum nec scii postulaverunt, nec postulatio, nec electio rata habenda erit: si scientes & prudentes, erit electio confirmanda.

In confirmatione facienda citandi sunt, quorum interest potest. Et calumniae opponentes, puniuntur. h. d.

Illud b. etiam confirmantem observare oportet, ne, dum nimia in confirmando celeritate utitur, contra doctrinam Apostoli proprium affectum iuri & aequitati praepomat. Itaque, si co electus aliquis, vel contra dictor apparet, ante confirmationem nominati in vocandus est: si aliqui si nemo apparet in foribus Ecclesiae, in qua electio facta est, generaliter edicendum erit, ut si qui sint, qui confirmationi futurae velint opponere, de contradicendum in assignato peremptorio termino praesentes esse debeant. Quae omnia locum habent, si concorditer electio fuerit celebrata, si non. Sciant tamen ii, qui contra electionem opponendum duxerint, se, si probationibus destituti fuerint, ab omni poenitentia praesidio exclusos, legitimis poenis esse subiectos.

Potesť dispensari cum electo schismatico, si nullum ordinem à schismatico suscepit. h. d.

De illo dubitari contingit, an ejus, qui abjurato schismate ad unitatem ecclesiae rediit, confirmanda sit electio? & responsum est, si à schismaticis nullum suscepit ordinem, & ejus electio canonicè celebrata deprehendatur, posse illam dispensative confirmari.

Confirmatus & nondum consecratus, exercet saltem qua sunt iurisdictioni, non qua sunt ordinis. Et nemo dat, quid non habet. h. d.

Electus confirmatione secuta, inter electum & personam eligentium, hoc est, Ecclesiam, spirituale conjugium & contrahitur. Quae propter confirmatus liberam super illis statuendi nanciscitur facultatem. Hoc autem sic intelligi oportet, eorum quidem quae jurisdictionis sunt, utputa, corrigendi, excommunicandi, iusjurandum exigendi, conferendi, confirmandi, & eius similibus, libera confirmatio permittitur tractatio: Ea vero, quae non jurisdictionis, sed ordinis sunt, s. veluti Clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depositiones, Ecclesiarum & altarium consecrationes, ante propriam consecrationem peragere prohibetur. Neque enim ratio suadere videtur, ut quis in alios id conferre possit, quo eundem indigere dignoscitur. Quod si consecratus sit, non solum quae jurisdictionis, verum etiam quae ordinis sunt, exequi poterit.

DE CONSECRATIONE. TITVLVS X.

Consecratio expediti debet intra tres menses post confirmationem, hoc dicit.

10. Ebet igitur is qui canonicè electus, confirmatus & examinatus est, novissime consecrari. Quod & quidem ne Ecclesia Fabros quasi destituta solatio, aliquod patiatur incommodum, intra tres menses

a C. scriptum est, ext. de elect. b C. fm. de elect. in 6. c C. qua diligentia. ext. de elect. d C. s. si autem ext. de translat. Episc. e Gl. si. ca. transmissa. ext. de elect. f C. quod si. cui. & praeterea. & d. gl. si. ext. de elect. g Can. 2. dist. 71. Aaaa 3